

Xa  
3500



H. 17, 28

Nicht germ. Special  
Dautl. 258.





Ad  
ORATIONEM PARENTALEM

perenni laudi

*Serenissimi Principis ac Domini,*

**DOMINI FRIDERICI  
HENRICI,**

Ducis Saxoniae, Juliae, Cliviae ac Montium, ut &  
Angariae atque Westphaliae, Landgravii Thuringiae, Marchionis  
Mifniae & utriusque Lusatiae, Principis Hennebergiae, Co-  
mitis Marcae & Ravensbergae, Domini  
in Ravenstein, & reliqua,

*DOMINI NOSTRI CLEMENTISSIMI*

ex summa animi submissione  
dicatam,

quam

*die XIX. Januar. exorssi novi hujus anni M DCCXIV.*

ad

humillimam Gymnasii pietatem & *expositio* demonstrandam

in

**Auditorio Primario**

habiturus est

*Amplissimus & Clarissimus Dominus*

**M. JOHANNES IMMANUEL Schad/ ConRector**

bene meritus

*gratis, benevole & peramanter audiendam*

**Omnes Reipublicae Proceres, Gymnasii & rei  
literariae Patronos & Fautores**

*publico nomine*

ea, qua par est, animi observantia & humanitate  
invitat.

**FRIDERICUS ERNESTUS Weis / Doct.**

Consiliar. Eccles. Illustr. Consist. Assessor. Past. Superint.  
& Gymnasii Ephorus.







HENRICI  
Ducis Saxonie Julis, Clivie & Montium, nec non Angarie &  
Westphalie, Landgravium Thuringie, Marchionem Misnie,  
ut & utriusque Lusatie, Principem Hennebergie, Comitum  
Marcae & Ravensbergie, Dominum Ravenssteinii, Dominum



**A**bstulit mors acerba die XIX. Decembris anni  
nuper delapsi MDCCXIII. *Serenissimum Principem ac*  
*Dominum FRIDERICUM HENRICVM, Ducem Saxonie, Julie, Clivie & Montium, nec non Angarie &*  
*Westphalie, Landgravium Thuringie, Marchionem Misnie,*  
*ut & utriusque Lusatie, Principem Hennebergie, Comitum*  
*Marcae & Ravensbergie, Dominum Ravenssteinii, Dominum*  
*nostrum Clementissimum,* qui per totum vitæ suæ cursum

prudenter eam secum reputavit Epigraphen, quæ in horologio solari ædibus  
Archi-Episcopi urbis Gallie Bourdeaux dictæ imposito legitur, dum in eo tempus  
cum hac inscriptione invenitur adumbratum: *Æternitati provide, tempus fugit.* Nihil  
in hac miseriarum valle tempore est celerius, inde de ejus celeritate ipse Spiritus S.  
*imphalmis*, loquitur: Excinditur cito, ita ut avolemus, velocissimum temporis abiturum,  
cum avium in aere volatu, quo celerius nil cogitari potest, comparans. Quam ve-  
lociter autem avis in aere volitat, tam celeriter tempus aufugit, ut adeo admodum  
præceps hæc temporis fuga merito ratio ducatur fortissima, quo eo majori cum  
circumspectione & accurata consideratione æternitati provideamus, h. e. vitam eum  
in modum transigamus, ut æternum nobis bene sit. Hanc in rem *Serenissimus*  
*Dux* omnes cogitationes, curas, studia contulit & labores, cum *Ille* esset eximia  
pietate fulgentissimus. Alias de Principum aulis dici solet: *Exeat aula,* qui  
vult esse pius. Hujus dicti universalitas *Piissimi nostri Principis* optime infringitur  
instantia; *Ille* enim non tantum pietatem amore complectebatur summo, eamque  
nullo non tempore sectabatur, sed & ratione eandem excolebat omni. Si quidem  
ex Physiognomia quippiam conjecturare licet & dijudicare, profecto *Alfissimi hujus*  
*Ducis* facies nil nisi pietatem ardentissimi. Enimvero ad hæc, quæ minus certa ab  
aliis putantur, dilabi, quid opus est, indeque probationem petere? Sunt in prom-  
tu argumenta certiora, ex quibus, quanta *Principis hujus* fuerit pietas, summum  
utpote decus & ornamentum, sat abundeque liquet. *Ille* veræ & salvificæ con-  
stanter addictus erat religioni, nilque miscebat, quod ei esset contrarium. Quod  
divus

Consiliarius Ecclesie Illustris Archiepiscopi  
& Gymnasii Episcopi



divus Ambrosius Valentiniano imperatori, ut verbi divini defenderet testimonium, suadebat. Quod Suetonius de lege ab Augusto sancita, ut priusquam Senatores Romani confiderent, illi Deo, in cuius templum convenerant, rem sacram facerent, literarum consignavit monumentis. Quod Eusebius in vita Constantini Magni de ipsius patre, eum usque observasse, ut suorum in fide exploraret constantiam, recenset. Quod Johanni Friderico, Elect. Saxoniae gloriosissimae recordationis, *Eum* quotidie Deo O.M. supplicem esse factum, ut omnia dicta factaque Illius ad divinam conformaret voluntatem, à Johanne Rosino in vita modo laudati Electoris laudi datur. Quod de Constantino M. *Eum* omne id, quod impietatem saperet, expulisse, Athanasius laude extollit omni. Quod de Carolo V. laudatissimae memoriae, *Eum* nunquam non in colloquio precum cum Deo instituendo fuisse assiduam, celebratur. Quod de Scipione Africano, quam commendatas sibi habuerit preces & cultum divinum, perhibet Gellius. Quod Claudius poeta canit:

Non sic inflectere sensus  
humanos edicta valent, quam vita regentis.

Quod de Theodosio imperatore, *Eum* morti vicinum, de rebus divinis magis sollicitum fuisse, quam suis, in concione funebri laudibus effert Ambrosius, hoc omne graviter & gloriose de *Piisimo nostro Duce* praedicandum est. *Ille* ad Deum Optimum utroque semper respexit oculo, *Eum* sanctissime veritus, ardentibus assidue adit precibus, autorem omnium actionum ac directorem supremum habuit, Eidem indefinenter in sanctitate & iustitia servivit, omnibus singulari fuit exemplo, usque ad ultimum vitae halitum ad divinas attentus res, Deique amantissimus. Quis ideo rarissimi *Principem* exempli aeternitati providisse, tempus velocissime transire probe secum pensitans, ibi inficias? Aeternitatis candidatus omnium proborum iudicio & ipsius Spiritus Sancti ductu est ille, qui in vera fide & pietate ad vitae finem usque perseverat. En felicissimum aeternitatis cultorem & aestimatorem! *Excelsissimus Princeps* curriculo vitae suae pie instituto, qua ratione vita ab illo sit de agenda, de quo affirmetur, se in id incubuisse, quod allata requirit inscriptio: *Aeternitati provide, tempus fugit*, clare demonstrat. Imo in hoc, illum eo majorem aeternitatis habere rationem, qui singularem & a Spiritu S. cunctis Christianis etiam atque etiam commendatam adhibet prudentiam, omnes habiturus sum consentientes. *Terque quaterque beatus Princeps noster* erat prudentissimus. Nam haec, quae sequuntur, firmissima prudentiae sunt argumenta, nempe cum Josephus supremus regni Aegyptiaci curator temporis adeo interviret, ut futura providens sedula anticiparet cura; Salomo rex sapientissimus, ut regnum sua gauderet felicitate, efficeret; Princeps Edomitaram Hiob divinam gubernationem, eamque vere salutarem in miseriarum viis grato agnosceret animo, quod prudentiae encomium etiam in Davidem est deferendum; Ludovicus rex Francorum, optima sequeretur consilia, id quod in Dario quoque laudatur; Cum quis omnia probans, optimum quodque seligat; Virtuose interdum aliquid simulet, id quod salvatorem nostrum nonnunquam fecisse ex scriptura satis constat; Triplex habeat lumen, vespertinum, quod est memoria praeteritorum, matutinum, quod est rerum praesentium, & nocturnum, quod est rerum futurarum. Ex his quanta *Serenissimus Dux noster* praedicus fuerit prudentia, & qui sibi de aeternitate prospexerit, cum tempus ocyus euro praeterlabatur, conjectu est facile, quippe qui temporis cedere ejusque momenta captare prudenter poterat, sapientissimae Dei directioni omnia relinquebat, & committebat, in prosperis & adversis erat idem, secundum triplex lumen praeterita, praesentia & futura circumspicere perspiciebat. Ex hac prudentiae descriptione & hoc liquefcit, pietatem eum quaere

tere



rere comitem, sine qua infelix illius alias erit cultura, id quod Christus confirmat discipulis suis injungens: Estote prudentes sicuti serpentes. Pietatis & æternitatis studio mirificam insuper sese præbet comitem Clementia, quæ obijcienti, objectio enim hæc à matre & uxore imperatori Alexandro Severo clementissimo fiebat, principem dignitatem principalem facere contemptibilem, quod adeo mansuetum sit & clemens, respondet: Ita securiorem & diurniorem. Sicque in laudem Rudolphi Austriaci imperatoris severitatem cum mansuetudine commutantis hæc dicitur responsio: Severum & immitem me aliquando fuisse, pœnituit, lenem & placabilem nunquam. Clementiæ rationem Alphonfus Arragoniæ Rex hoc explicabat axioma: Malo multos mea clementia servare, quam paucos mea severitate perdere. Hæc constans Clementiæ est regula, cui Serenissimus Dux tenaciter inhærebat, atque ad eam actiones suas dirigebat, hoc ipso, quam sollicitus in eo esset, ut æternitati consuleret, clare ostendens, quo in simul factum est, ut *ipse* nomen laudibus undique celeberrimum & nunquam debile consequeretur, quamvis tempus vitæ suæ, quod admodum fuit breve, citius vento fuerit dilapsum. Quanquam autem, ut hæc omnia latius deducerentur, omnino æquum esset, atramen prolixiori prohibeor deductione, tum chartæ hujus angustia, tum sententia illa trita: Ubi rerum testimonia adsunt, non opus est verbis; Nam adductarum virtutum & aliarum Principe dignarum testimonium *beatissimo Principi* omnes probi perhibent amplissimum, tum, cum hæc fusius perfecturus sit *Amplissimus atque Clarissimus Dominus M. Johannes Immanuel Schaad, ConRector Gymnasii nostri solertissimus*, qui animum sibi induxit, ex subiectissimo animo *Serenissimo Duci*, nunc in cælo triumphanti parentare, ita ut occasione Epitaphii, quod Marchioni & Landgravo Friderico Admorfo fuit erectum, & sic sese habet: *Ecce Fridericus virtutis alumnus conditur hic &c. FRIDERICUM HENRICUM virtutis alumnus admirandum humillime sistat, quippe cuius virtutes ab augustis Majoribus essent ingenite, in educatione confirmate, in vita denique consummate.* Dumque Panegyrista hic, fore, ut exoptatum orationi huic parentali imponat exitum, spem sibi concipit certissimam, si omnes atque singuli hujus urbis Proceres, Gymnasii & rei literariæ Mœcenates, Patroni & Fautores gratia, benevolentia & amore suo ipsum sublevent, quapropter ut cuncti solennem hunc actum splendida & honorifica sua præsentia condecorent, dicentemque craftina die audita hora nona matutina gratiose & benevole audiant, est, quod etiam atque etiam humiliter & officiose rogo. P. P. Schleusingæ ipso die principalibus exequis dicto, XVII. Januarii

M DCC XIV.

---

Literis GEORGI WILHELMI GOEBELI, *Gymnasii*  
*Typographi.*

Na 3500 FA

VD  
18

ULB Halle 3  
007 679 548



nc









Ad  
ORATIONEM PARENTALEM

perenni laudi

Serenissimi Principis ac Domini,

**D**OMINI **F**RIDERICI  
**H**ENRICI,

Ducis Saxoniae, Juliae, Cliviae ac Montium, ut &

ia, Landgravii Thuringiae, Marchionis  
ufatiae, Principis Hennebergiae, Co-  
e & Ravensbergae, Domini  
avenstein, & reliqua,

**OSTRI CLEMENTISSIMI**

mma animi submissione  
dicatam,

quam

r. exorsi novi hujus anni M DCCXIV.

ad

fii pietatem & *cupit ad Deum* demonstrandam

in

**ditorio Primario**

habiturus est

imus & Clarissimus Dominus

**IMMANUEL Schad/ ConRector**

bene meritus

mevole & peramanter audiendam

olicae Proceres, Gymnasii & rei

ae Patronos & Fautores

publico nomine

t, animi observantia & humanitate

invitat,

**ERNESTUS Weis / Doct.**

lustr. Confist. Assessor, Past. Superint.

& Gymnasii Ephorus.

